



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summae seu Manualis Doct. Navarri

**Ávila, Esteban de
Azpilcueta, Martín de**

Lvgdvni, 1609

Testamentum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

TENTARE.

NE vincat tentatio aliquando necessarium est considerare nouissima. Præl.4. num.19.

Peccat qui tentat Deum, sumens feruentem aquam, ferrum candens, ut se purget à suspicione falsi criminis. capite 11. numero 40.

De eo qui se exponit periculo mortis aut martyrio temerarie: aut nolens sumere medicamenta, vide tit. Martyrium.

Peccat mortaliter, qui facit aliquid animo experiendi diuinam potentiam, vel pietatem & cæt. ut qui vult concionari nulla prævia meditatione citra necessitatem. cap. 11. num. 41.

T E S T A M E N T U M metu factum non valet. Præl.6.num.8. Et factum metu mortis rescindendum est. cap.22.num.51. Et per blanditias mariti, ab uxore factum valet. Præl.6.num.8.

De coniuge adultera an possit filiu suum spurium vocare legitimum in testamento, vide Adulterium.

Parentibus & filiis carens debet bona cognatis extremitate indigentibus relinqueret. cap.26. num.36.

Qui

Qui in Castella filium minùs dignum meliorat in tertio, non peccat. num.37. Et pater qui in testamento distribuit bona filiis, non tenetur legibus iustitiae distributiæ.num.57.

Peccat executor non soluens debita, & inter debita computantur debita defuncti: item si non soluat legata testamenti. cap. 25.num.65.

T E S T I S.

TE N E T V R testificari etiam sponte, si scit suo testimonio posse liberare damnatum iniustæ mortis vel infamia peccata.cap. 15. num.17.

Non tamen tenetur ad testimonium ferendum, quo aliquis condemnetur, nisi quando iuridice fuerit constrictus, etiam si accusatori periculum imminiceret: nisi quando accusator ideo accusat, quia tenetur in conscientia.num.17.

Peccat si sciens testimonium suum esse necessarium, se excusat fingens partem aduersam sibi inimicam, vell latens seu absentes se, ne testificetur. cap.25. num.41.

Qui non se offerit, quando aliis extremè indiget suo testimonio, peccat: non tamen tenetur restituere. Secus si iuslris non testificetur.

CCC 4 cetur,

